Quelle: https://manuscripta.at/?ID=35272
Copyright: Innsbruck, Prämonstratenser-Chorherrenstift Wilten



est inter quo venat a meridie in be
thel usq; ad loca ubi prius fixerat
tabernacla inter bethel & ai in loco
altaris quod fecerat prius & in vocavit
ibi nomen dni Sed & loth qui erat
cum abram fuerunt greges ouium & arme
ta & tabernacula nec poterat eos capere
terra ut habitarent simul erat quippe
substancia eorum multa & non poterant
habitare simul Unde & facta est rixa
inter pastores gregum abrahe & loth
Eo autem tempore chananeus et pheresseus
habitabat in terra illa Dixit ergo
abram ad loth Ne quaeso sit iurgium
inter me & te et inter pastores meos
et pastores tuos fratres enim sumus Ecce
universa terra coram te est recede
a me ob secro si ad sinistram ieris ego
dexteram tenebo Si tu dexteram eligis
ego ad sinistram pergam Elevatis itaq;
loth oculis vidit omnem circa regionem
Jordanis quae universa irrigabatur
antequam subverteret dns sodomam
et gomorrham sicut paradisus domini
& sicut egyptus veniendo in segor
Elegitq; loth sibi regionem circa jor
danem & recessit ab oriente divisiq;
sunt alterutrum a fratre suo abram habi
tavit in terra chanaan loth vero
moratus est in oppidis quae erant
circa Jordanem & habitavit i sodomis
homines autem sodomite pessimi erant
& peccatores coram dno nimis Dixitq;
dns ad abram postquam divisus est
ab eo loth Leva oculos tuos & vide
a loco in quo nunc es ad aquilonem
& meridiem ad orientem & occidentem
omnem terram quam conspicis tibi da
bo & semini tuo usq; in sempiternum
faciam semen tuum sicut pulverem
terre si quis potest hominum numera
re pulverem semen quoq; tuum numerare
poterit Surge & pambula terram
in longitudine et latitudine sua quia
tibi daturus sum eam Moves igitur
abrahe tabernaculum suum venit &
habitavit iuxta convallem mabre
quod est in ebron edificavitq; ibi
altare dno

Factum est autem in illo tempore
ut amraphel rex senaar
et arioch rex ponti & chodorlaomor
rex elamitarum & thadal rex gen
tium inierunt bellum contra bara
regem sodomorum & contra bersa
regem gomorre et contra semeber
regem adame et contra semeber
regem seboim contra regem bale
ipsa est segor omnes hi iuncti
sunt in vallem siluestrem que nunc
est mare salis Duodecim enim annis
servierant chodorlaomor & tertio
decimo anno recesserunt ab eo Igitur
anno quartodecimo venit chodorlao
mor & reges qui cum eo erant
percusserunt raphaim & astaroth
carnaim & huzim cum eis etem
in sue carathiarim & chorreos
in montibus seir usq; ad terebinthum
pharan que est in solitudine
reversus est & venerunt ad fontem
mesaphat ipsa est cades et per
cusserunt omnem regionem amalechi
tarum et amorreum qui habitabat
in asason thamar Egressi sunt
rex sodomorum & rex gomorre
rex adame et rex seboim nec
non et rex bale que est segor
et direxerunt contra eos aciem in
valle siluestri scilicet adversus chodor
laomor regem elamitarum & thadal
regem gentium & amraphel regem
senaar & arioch regem ponti
quatuor reges adversus quinque
illos siluestres habebat puteos
multos bitumis Fugiens rex sodomo
rum & gomorre terga verterunt
ceciderunt ibi et qui remanserant
fugiens ad montem Tulerunt
omnem substanciam sodomorum et
gomorre et universum victum ad abu
penet et abierunt nec no & loth